Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Johannis Pauli Felwinger/ Norimbergensis ... Uberior Explicatio Prioritatis Naturae, consecrata Honori ... Dn. Joh. Michaelis Dilherri ... Plurimum item ... Dn. M. Joh. Jacobi Rudt ... Fautorum & Amicorum meorum Honoratissimorum
Ersteller:	Johann Paul Felwinger
Signatur:	Will. III. 225. 4°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

aliquid proponatur, non poſſit non aſſentiri, quicquid alii dicant: nec inclinare ſe in alteram opinionem patiatur.

2. Proponimus autem hanc quæſtionem propter nonnullos, qui dicunt, In Divinis aliquam prioritatem Naturæ concedendam non eſſe, eò quod vereantur, talem prioritatem importare *imperfectionem*, cum ſemper poſterius imperfectius ſit eô quô eſt poſterius, puta tamen in ordine ſive quoad conceptum prioris & poſterioris. Ita enim loquuntur: *Licet alias in naturalibus gignens τῇ φύσει prius ſit genito, religio tamen vetat, dicere in Divinitate Naturæ prioritatem locum habere.* Quærimus itaq; An prioritas Naturæ in ſuo conceptu formali importet prioritatem Entitativam, an aliquando tãtum prioritatem Conceptus.

3. Prius videtur affirmare *Wolffius l. all. citat. noſtræ diſputationis*: ubi dicit: *Quoniam enim nos non decet imaginari momentum aliquod in quo Pater fuerit Filio non exiſtente.* 2. probari videtur ex ipſo Philoſopho poſſe, hoc modo: Si in Divinis datur prioritas Naturæ, illa erit vel prioritas, quam Ariſtoteles deſcripſit *c. 12. lib. Categ.* §. *3.* vel illa, quam idem deſcribit *cit. c.* §. *7.* Si hæc eſt poſterior manifeſtò erit falſa, quia illa eſt *prioritas Cauſæ*, quæ ſane in divinis nullo modo locum habere poteſt, quod omnis cauſa dicat dependentiam & conſequenter imperfectionem. Si prior: & illa cum imperfectione erit, quia videlicet illud dicetur hoc modò *prius natura, â quo non datur exiſtendi* (κατὰ τὴν τοῦ εἶναι) *reciproca conſequentia*: h. e. omnia illa, quæ hoc modo erunt priora Naturâ, erunt, antequam illa ſunt, â quibus reciproca conſequentia datur. Quod ſi verum, aliquid in divinis erit, & poſtea aliquid ſequetur.

 Noſtram